



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Avgvstinvs

In Qvo Genuina sententia profundissimi Doctoris de Auxilio gratiæ medicinalis Christi Salvatoris, & de prædestinatione hominum & Angelorum proponitur, ac dilucidè ostenditur

Jansenius, Cornelius

Lovanii, 1640

33. Augustini expositiones pariter repudiant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13704

NOTA XXXIII.

Augustini expositiones pariter
repudiant.

Hinc recentiores Augustini interpreta-
tionem qua solos prædestinatos Aposto-
licâ illâ sententiâ significatos putat, exponen-
do vel per distributionem pro generibus sin-
gularum, vel casualiter, incongruam esse cen-
sent, & aperte repudiant, ut in Francisco^a Sua-
rez & b Molina videre licet.

^a Suarez l. 4.
de prædestin.
c. 1. num. 2.
& 3.
^b Molina
q. 1. a. 6.
disp. 1.
c. Epist.
Hilar. ad
August.

Massilienses eandem Augustini exposi-
tionem, & eadem de causa veluti nimis duram
rejecerunt: c. Inde est, inquit Hilarius ad Au-
gustinum, quod illius sententiâ expositionem, non
eam quæ à te est de prompta, suscipiant, id est. ut
non nisi omnes homines salvos fieri velit, & non eos
tantum qui ad sanctorum numerum pertinebunt, sed
omnes omnino, ut nullus habeatur exceptus.

NOTA XXXIV.

Voluntas illa Dei generalis conditionata
est respectu majorum.

Sed quia manifestum est, non omnes ho-
mines salvos fieri, quamvis id velle Deus
dicatur, ne ipsâ veritatis evidentia in Augu-
stini sententiâ cogantur, voluntatem quan-
dam conditionatam in Deo ponunt; juxta
quam propositum salvandi omnes homines
ita temperant, ut dicatur id velle quantum in
ipso est, seu, quod in idem redit, si & homi-
nes ipsi velint. Deum itaque sincere velle: om-
nes salvos fieri: sed ideo non salvari omnes,
quia ipsi nolunt. Quam quidem condi-
tionatam voluntatem habere Deum censent, non
modo erga finalem illam salutem in regno
Dei, sed etiam erga quoslibet actus bonos,
quibus ad salutem promoveantur. Suarez:

Loco citato.
Ibid. c. 7.
Molin. que-
stione illa 23.
disp. 1. mem-
bro 8.
Less. de præ-
dest. sect. 5.
num. 49.

Verus sensus est, Deum, quantum in se est, velle ac-
cupere omnium salutem. Et infra dicit, volun-
tatem illam includere conditionem in objecto, si homo
velit. Idem Molina & Lessius tradunt. Vnde
illud ipsius: Intentio, quatenus ferebatur in
gloria communionem in genere, erat quodammodo
confusa nostro modo intelligendi: ut vero applica-
bat gloriam singulis hominibus, non erat absoluta,
sed conditionata. De medijs verò ad salutem
tendentibus, hoc est, de consensione nostræ
voluntatis, quæ in omnibus bonis operibus,
fide, spe, dilectione necessaria est, sic decernit
generaliter: Consensus & cooperatio nostra, non
est prædestinata (id est volita à Deo) decreto ab-
soluto, antequam sit futura, sed sub conditione &
desiderio quodam. Desiderat enim nostram cooper-
ationem, sed non vult absolute ut exeret, nisi nos
sponte velimus.

Idem sect. 5.
num. 55.

Massilienses istud ipsam eodem modo præ-
formaverant. Nam apud Prosperum di-
cunt: Itaque quantum ad Deum pertinet, om-
nia parat in vitam æternam: quantum autem ad
arbitry libertatem, ad his eam apprehendi qui Deo
sponte crediderint. Et apud Hilarium: Nec hoc

In Epistola
ad August.

Arimendum quod quædam voivito perre dicantur: sed
quomodo, autem, non vult à quocumque peccari, vel
deseri iustitiam, & tamen ingreter illa deservitur con-
tra eius voluntatem, committitur que peccata, ita
eum salvari velle omnes homines, nec tamen omnes
homines salvari.

Quam voluntatē Dei conditionalem salvandi
omnes homines eadem explicat similitudine
Molina: Vult enim eiusmodi voluntate omnes homi-
nes salvos fieri, nec tamen omnes saluam assequun-
tur. Vult item sua præcepta & consilia observari,
quæ tamen passim contemuntur. Ut nemini du-
bium esse possit, Massiliensium sensum, qui
hoc dicebant, & explicationem ei placuisse.

Molin. q. 16.
art. 1. disp. 2.

NOTA XXXV.

Etiam respectu parvulorum,
qui salvantur.

Cum verò parvulis nulla voluntas sit, ra-
tione cuius conditionalis illa Dei vo-
luntas vera esse possit, & tamen quosdam co-
rum salvari conitar, & alios perdi; utrimque
profecto magnis coarctantur angustijs. Solâ
quippe Dei voluntate ante omne meritum
eos prædestinante, vel reprobante, videtur
salus eis vel perditio destinari; atque ita rur-
sus eisdem vel perditio quam adamantis fati vincu-
lis constringuntur. Rimam igitur sibi face-
re conati sunt recentiores, per quam ab illa
decreti fatalitate persequente elabuntur. Di-
cunt enim, quòd licet respectu adultorum in-
volvitur in illa voluntate Dei conditio, si
& ipsi adulti velint; ita respectu parvulorum,
si alij remedium eis adhibere velint. Vnde Mo-
lina: Cum nulli adultorum voluerit sempiternam
beatitudinem, nisi dependenter à proprio usu liberi
arbitry cuiusque eorum; imò neque parvulis, nisi de-
pendenter à remedio contra peccatum originis per
usum liberi arbitry alicuius exhibito. Nulla est
igitur etiam respectu parvulorum absoluta
voluntas Dei prædestinantis eos salvare, nisi
positâ prævisione libertatis, sive propriæ,
sive alicuius. Et Valquez eandem ratio-
nem in parvulis & adultis esse tradit, servatâ
videlicet proportione.

Molin. q. 23.
art. 4. & 5.
disp. 1. m. 8.

Valq. disp.
89. c. 9. m.
1. p. 172.

Tortus ille serupulus diu multumq; Massi-
lienses. Nam initio stomachabantur, quòd
causa parvulorum ad adultos traheretur: Par-
vulorum autem causam, inquit Hilarius, ad
exemplum maiorum non patiuntur afferri. Alij
non fecerint eos volebant ex nuda volun-
tate Dei, sed ex meritis, quæ prævideban-
tur habituri, si viverent. Faustus multis
annis post, in primo sui operis libro statue-
bat, rem illam obscuram & incertam esse. Faust. l. 1.
Sed in secundo peritior factus, acutissimum
istud effugium Molina & recentioribus
commentus est. Nam cum ei objectum esset,
quòd puerorum innocentium populus in
Bethehem tam beatam mortem ex sola Dei præde-
stinatione consecutus esset, respondet: Non ita est:
sed decreti forte cessante mors pueri pro diaboli infer-
tur furere &c. Nō ergo eos prædestinatio mortis addi-
xit,

Epist. ad
August.
Apud Prof.
in Epist. ad
August.
Faust. l. 1.
cap. 14.

Lib. 2. c. 3.